Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36559
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

Deinde misit aquam in pelvim. cepit lavare pedes discipulorum
et tergere linteo quo erat praecinctus. Venit autem ad Symonem
petrum. et dicit ei. Domine tu mihi lavas pedes. Respondens ihe.
et dixit ei. Quod facio ego tu nescis modo. scies autem postea. Dicit
ei puerus. Non lavabis mihi pedes meum. Respondit ihe.
Si non lavero te non habebis partem mecum. Dicit ei Symon
petrus. domine non solum pedes sed et manus et caput. Dicit
ei ihe. Qui lotus est non indiget ut iterum lavet. sed est mundus
totus.

POST RESURRECTIONEM . IIII .

Dicit dixit ihe petro. Symon iohis diligis me. dicit
ei. Ter dicit domine tu scis quia amo te. Dicit ei. Pasce agnos
meos. Iterum dicit ei. Simon iohis diligis me. Dicit ei.
Ter dicit domine tu scis quia amo te. Dicit ei. Pasce oviculas
meas. Dicit ei tertio. Symon iohannis diligis me. Con
tristatus est puerus. quia dixit ei tertio diligis me. et dicit
ei. Domine omnia tu scis. tu nosti quia amo te. dicit ei.
Pasce oves meas. Amen amen dico tibi. cum esses iunior
cingebas te. et ambulabas ubi volebas. Cum autem senueris
extendes manus tuas. et alius te cingit. et ducet quo
tu non vis. Hoc autem dixit significans qua morte clarifica
turus esset deum.

POST QUAM AUTEM . V .

Dns ihe assumptus est in celum. puerus et iohannes
ascendebant in templum ad horam orationis nonam.
Et quidam vir qui fuit claudus ex utero matris suae ba
iolabat. Quem cotidie ponebant ad portam templi quae
dicitur speciosa. ut peteret elemosinam abintroeuntib; in
templum. Is cum vidisset petrum et iohannem incipien
tes intrare in templum. rogavit ut elemosinam acci
peret. Intuens autem in eum petrus dixit. Respice in nos.

BENEDICTINER ABTEI GÖTTWEIG
BIBLIOTHEK GÖTTWEIG N.Ö.